





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-33119-p0002-9

DFG

h. 42, 42.

V 2
1110.

Diploma
Electionis
SERENISSIMI
ELECTORIS
SAXONIAE
In
POLONIAE REGEM.

1699.





Clarissimo VIRO
DOMINO
PETRO WOYDÆ,
Sacræ Regiæ Majestatis Polonicæ
Secretario,

Affini suo, Fratris instar Conjunctissimo.

SIMON JOHANNES ARNOLD,
Polonus.

Salutem temporariam & æternam!



Icuti rem mihi pergratam
fecisti, transmittens apographum Diplo-
matis regii, ita gratiam apud alios me-
posse mereri confido, si typis impressum
publicæ luci exposuero. Erunt fortassis
Lectores, illud cupide arripientes, vel non
omnino aspernantes; forte & similes de-
cerpentibus flores, quos postquam nares
fatiaverunt odoratu, abjiciunt atque pro-
culcant: fortean quoque medicinam facientibus haud dispa-
res, qui flores decerptos non momentaneo vel diurno parant
usui, verum seponunt, exsiccant & multis servant temporibus.
Solet

Solet hæc varia rerum ut & librorum sors esse ; perque me licet , his quoque chartis contingat . Sufficit quod publicam earum editionem debere me intelligo , Seleno , Patriæ , Tibi . Illi tanquam supplementum ad plurima Dignitatum instrumenta , quæ in duobus libris de Honorum Titulis coacervavit , & quibus Summæ i.e. Regiæ Majestatis collatæ formula videntur deesse , ad pauca illa de Cæsaribus creatis ex historicorum voluminibus , non Archivorum Scriniis , vel Secretariorum Codicillis deprompta . Patriæ , cui ornandæ studere decet non solum incolas , prout Tu facis , sed etiam excedentes , qualis ego sum , Divina Providentia huc evocatus . Tibi , ut tesseram gratitudinis , pro insigni opera , quam impendisti acquirendis transmittendisque aliis Dignitatum Polonicarum Codicillis , quos , excepto uno Indigenatus , per Dominū Sturmium , nunc Sereniss. Electori Brandenburgico a Sanctioribus Consiliis (qui neutiquam suæ in me benignitatis laude fraudandus est) impetrato ; Tua suppeditante manu , dicto Seleni Libro inferui . At , dices levem esse gratitudinis tesseram , imo nullam , quæ reddonat accepta , vel remittit transmissa . Non abnuo : Sed peto ut fronte blanda tuscipias , quod fronte demissa , posito supercilio , candidoq; affectu addico . Tua sunt , Tibi ergo debentur , mea esse nolo . Iniquus essem si detinerem , Justus eris si recipies . Benignus si devotam restituentis mentem agnosces . Nec dubito , quin agnosces devotam Tibi mentem & Patriæ , ideoq; Deo Supplicem , ut Rex Augustus sit revera Augustus , nomine Secundus , re minime : augeatque , nec unquam minui patiatur , Regni incolarumve Virtutes , Pietatem , Opes , Pacem , Beatitudines . Sic bene erit & Tibi , & Ecclesiæ Catholicæ (a qua non discesserunt Dissidentes , seu Protestantes , Romanam cum deseruerunt) & Vicinis , & mihi in Confinio viventi ; videlicet Sonnenburgi , ubi hoc e Musæo dabam 15. Septembris , Anno 1699 .

DIPLO.



DIPLOMA ELECTIONIS.

MICHAEL STEPHANUS, CARDINALIS RADZIEIOWSKI,

Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus Natus Regni Poloniae, &
M. D. L. Primas Primusque Princeps, Senatores, Officiales,
atque Inclytus Equestris Ordo Regni & Ma-
gni Ducatus Lithvaniæ.

In Nomine Sanctissimæ ac Individuæ Trinitatis.

Significamus præsentibus Literis nostris quorum
interest Universis & Singulis. Quod cum attonitus
spectet Orbis Reges ac Dominos nostros non forte na-
scendi nobis tradi, sed sola Virtute & gloria conspicua-
que rerum gestarum amplitudine fieri. Ita Serenissi-
mus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES
Tertius, cum Regni Gubernacula plus quam heroicis facinoribus
promeruisse, Nobis duos supra quatuor lustra annos, faviter, fe-
liciter, juste, ac gloriose regnavit. Ille, postquam ad Chocymum
sæpiusve alibi ingentes Turcarum & Tartarorum Exercitus profli-
gasset, Cæsaris Imperii Sedem servavit, idemque imperium maxima
ad Viennam & Parkanum Victoria firmavit atque fortunæ Christia-
norum insigni prudentia & heroico animo januas aperuit. Hic igi-
tur fortissimus Heros, Princeps optimus, Patriæ Pater, Religionis Cly-
peus, Scytharum terror, Bonorum Spes & amor merito nuncupatus
cum a Throno hujus sæculi ad immortalitatis solium translatus esset,
ab omnipotenti Domino, in cujus manibus potestates sunt, cuius
dextera per illum fecit Virtutem, insperato atrocique fato nobis
ereptus extitit. Persolutis itaque piissimo Regi, clementissimo ac
Desideratissimo Domino, intimi amoris & debitæ pietatis lachrymis,
cuncto Christiano orbe, in doloris nostri confortium accurrente, Nos
Regni Primas cum Senatoribus, Officialibus atque Ordine Equestri
Regni & M. D. L. animum in eam curam intendimus, ut afflictæ ac
gemen-

gementis Reipublicæ orbitati consuleremus, eandemque ab immi-
nentibus discriminibus, quibus exposita erat, Bello præsertim cum
Christiani nominis hoste non cessante, Capite, Duce, ac Rectore de-
stituti, vindicaremus. Quapropter prævisis his quæ de lege erant
pro die decima quinta Mensis Maji Millesimo Sexcentesimo Non-
agesimo Septimo Anno, in Campum Electoralem inter Varsaviam &
Villam Wola, ubi Regum Electio de Gentis nostræ more fieri con-
suevit, descendimus. Ibi non solum numerosissimus Senatus, sed
Universa Regni & M. D. Lit. Nobilitas, Patriarum Legum Jurium &
libertatis servandæ genio stimulata, confluxit. Sed cum externa
studia Electoris populi animos, quia liberos, in varia distracti-
& Candidatorum regnandi ambitu concurrente, acris scissionis fu-
nestos exitus, paresque Aquilas & cognatas acies minarentur.
Tandem divina Gratia, afflante Spiritu Sanct. qui aspera in vias pla-
nas dedit, interposita Sanctæ sedis Apostolicæ per Eminentissi-
mum ac Reverendissimum Dominum Fabricium Pauluci, protunc
Episcopum Ferrariensem & Nuntium suæ sanctitatis Extraordina-
rium, Paterna autoritate; interveniente sublimi generosissimæ
Gentis Antenatorum virtute, quæ boni publici studiosior, quam
dissoni sensus sequax exstat; Ventum est ad unanimem animorum
harmoniam & eam qua Respublicæ crescunt exoptatam concordiam.
Itaque Serenissimum Principem ac Dominum Dominum FRIDERICI
CUM AUGUSTUM, Ducem Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium,
Angriæ, & Vestphaliæ, Sacri Romani Imperii Archimareschalcum
& Electorem, Landgravium Thuringiæ, Marchionem Miśniæ, nec
non superioris & inferioris Lusatia, Burgrarium Magdeburgicum,
Comitem Principem Hennebergensem, & Barby, Dominum in Ra-
venstein &c. &c. non tam hominum industria, ast divinitus liberis
cordibus inspiratum, supracæteros sceptro & Corona dignum judica-
vimus & in Regem nostrum elegimus & assumpsimus. Obligaverat
jam pridem Polonorum animos, excelsa tanti principis Fama, & Sym-
patica vi civium devinxerat corda Martialis ille ejusdem ad sublimia
natus ac enutritus genius, Heroica Indoles notaque Magnanimitas
& fortitudo. Spectavimus antiquissimum generis splendorem,
quod a Vithichindo Magno ultra novem sæcula in meliori Germa-
niæ parte supremo Jure dominatur. Summum Pontificem Grego-
rium Quintum, sex Cæsares, primum nempe & secundum Henricum,

tres



tres successive Ottones & Lotharium Secundum & multos Europæ
Cognatos Reges , innumeros Duces & Electores , tam Saxoniarum ,
quam Marchiarum , aliosque Heroes , quibus omnibus Augusta Domus
Saxonica ad Supremum Dignitatum fastigium evecta est . Scieba-
mus singulares præfati Serenissimi FRIDERICI AUGUSTI , Virtutes
apueritia non in molli otio , ut plerisque nascendi sorte Dominis con-
tigit , sed per omnes Militiarum gradus , ad meritum supremorum instru-
ctum , Iustratas ab eodem omnes Europæ Provincias , ut ex aliorum
moribus , velut apes e florum varietate meliorem succum eliceret .
Nullam ejusdem ætate in Belgio aut Germania obsidionem aut pu-
gnam , a Cæsareis confederatis factam , cui voluntarius Dux non in-
terfuerit . Quæ supremus Cæsar Exercituum in Hungaria Præfe-
ctus gesserit , Transilvaniam qua celeritate cum triginta Equitum
millibus advolans de barbarorum manibus eripuerit , nemini non
innotescit . Hæc dum fuerunt militaris ejusdem Imperii tyrocinia ,
& adolescentis FRIDERICI AUGUSTI experimenta , quæ ad prove-
cti Ducis gloriam satis superque sufficerent , tantisque animi dotibus
juncta vegeta ac florens Juventus , mirumque artuum robur , vultus
gravitas , atque Majestas , hereditaria opulentia , quæ omnia ad
Regiam Dignitatem melius præstandam ac sustinendam contribu-
unt , animos nostros devinxerunt . Sed tunc vel maxime , cum certi
fuimus , Spiritum , qui ubi vult spirat , divino suo lumine , ab ejusdem
corde errorum tenebras excusisse ; Ipsumque Catholico-Romanam
fidem , sine cuius professione , nemini ad Solium nostrum datur ac-
cessus , quam ab aliquot annis futuri nescius secrete profitebatur ,
jam palam ac libere exercere . Tam sublimium meritorum quæ ad
perfectum Regem efformandum sufficiunt , habita a nobis conside-
ratio & Communis tranquillitatis desiderium scissam Rempublicam ,
divisosque civium animos coadunarunt . Hinc nos Reipublicæ le-
gibus inhærendo , accendentibus unanimibus atque concordibus vo-
tis , pro Jure liberæ Electionis , quod Bonum Felix Faustumque sit ,
ad DEI gloriam & Patriæ nostræ Decus , præfatum Serenissimum Do-
minum , Dominum FRIDERICUM AUGUSTUM Ducem Saxoniarum ,
Juliæ , Cliviæ , Montium , Angriæ , & Vestphaliæ , Sacri Romani Im-
perii Archimareschalcum & Electorem , Landgravium Thuringiarum ,
Marchionem Misniæ , nec non superioris & inferioris Lusatiarum , Bur-
grarium Magdeburgicum , Comitem Principem Hennebergensem ,
& Bar-



Yd 1111 8r
& Barby, Dominum in Ravenstein, &c. &c. in Regem Poloniæ & Magnum Ducem Lithvaniæ, Russiæ, Prusiaæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque, Electum assumptum & Coronatum omni meliori modo & forma approbamus, confirmamus & declaramus. Et quadam grati animi memoria Regiam coronam, qua Otto III. Saxo Imperator, Anno millesimo primo, Boleslaum Chrobri Poloniæ Principem redimivit, super Saxoniam Electoris Tempora, fortunato Polonæ Gentis & Catholicæ Religionis omne reponimus. Et sicut Friedericus Tertium Marchionem Misniæ, ob ademptam propriis viribus & Copiis Husitarum furiis, Bohemiam, Sigismundus Cæsar Anno 1425. Electorali diademate donavit. Sic illius Successor FRIDERICUS AUGUSTUS, ad Sanctæ Ecclesiæ Romanæ obedientiam veniens, Poloniæ Coronam gloriosissime obtinet. Cumque jam Serenissimus REX personali Juramento firmaverit, quod Leges nostras Immunitatesque Ecclesiasticas, & sæculares, per Divos Prædecessores nobis concessas, & donatas, aliaque Jura, tam publica, quam privata, nec non Paetæ conventa integre servabit, & manu tenebit. Nos vice versa, sancte & bona fide promittimus, quod eidem Serenissimo FRIDERICO AUGUSTO REGI, sub Nomine Augusti Secundi eandem fidem, Reverentiam, Obedientiam, Subjectionem, & obsequia debita, justa & honesta, secundum Jura & Libertates Nostras, sicut Divis suæ Majestatis, Prædecessoribus exhibuimus, semper præstabimus, & exhibebimus. Quod quidem decretum Electionis, in Regem assumptionis, Confirmationis & Coronationis, Deo adjuvante exequi cupientes, de communi Consilio & usu, Illustri & Magnifico Domino Casimiro Ludovico Bielinski, Succamerario Regni, Cermensi, Mariæburgensi, Tucholieni, Osiecenti Capitaneo, Actus Electionis Mareschalco, committimus & potestatem damus, idem intimandi & ad notitiam Suæ Majestatis deducendi, ac in ejusdem manus tradendi. Cæteraque quæ hoc ipsum negotium requirit agendi & perficiendi. Datum Varsaviæ sub tempus Comitiorum Generalium die 16. Mensis Junii, Anno Domini 1699.

M. CARDINALIS RADZIEIOWSKI, Primas Regni & M.D.L.m.p.p.
Locus Sigilli pensilis.

CASIMIRUS BIELINSKI, Succamerarius Regni ordinis Equestris
Mareschalcus m.p.p.
Locus Sigilli pensilis.

ULB Halle
004 809 025

3



ND17

x &
itiæ,
eriat,
liori
dam
ator,
redi-
entis
um
x Co-
1425.
CUS
iens,
nissi-
s lm-
tores
priva-
Nos
nisfi-
ecun-
& ob-
: No-
, sem-
ectio-
, Deo
istri &
erario
apita-
em da-
, ac in
um re-
mitio.

m.p.p.

s.
uestris

s.



Solet hæc va-
cet, his quo-
earum editio-
Illi tanquam
menta, quæ
& quibus Su-
tur deesse, ac
voluminibus
Codicillis de-
solum incola-
go sum, Div
gratitudinis,
transmittend
quos, excepto
Sereniss. Elec-
neutiquam si
petrato; Tua
At, dices leve
donat accept
ut fronte blan-
lio, candidoq
mea esse nolo
pies, Benignu
dubito, quin a
Deo Supplice
ne Secundus,
tur, Regni inc
titudines. Si
non discesser
cum deseruer
delicet Sonne:
Anno 1699.



e; perque me li-
quod publicam.
no, Patriæ, Tibi.
gnitatum instru-
alis coacervavit,
e formula vide-
x historicorum
Secretariorum.
udere decet non
dentes, qualis e-
Tibi, ut tesseram
isti acquirendis
rum Codicillis,
turmium, nunc
us Confiliis (qui
dandus est) im-
i Libro inferui.
nullam, quæ re-
ponuo: Sed peto
, posito superci-
rgo debentur
stus eris si reci-
agnosces. Nec
& Patriæ, ideoq;
Augustus, nomi-
m minui patia-
es, Pacem, Bea-
tholicæ (a qua
es, Romanam
nio viventi; vi-
5. Septembris,

DIPLO.